

17. Qui in exilium mittitur: si sapiens, peregrinatur: si stultus, exulat. *De Remediis fortuitor.*
18. Quid damnatione, quid exilio miserius? Lib. 2, *Dictorum memorabil.*, cap. 5.
- Vide etiam tit., *Dolor*, sent. 100; *Patria*, sent. 72.

FABULA.

COLLECTOR. *Definitio.* Fabula est res ad utilitatem sive delectationem hominum confecta.

SENTENTIE PATRUM.

- S. AUGUST. 1. Meliores sunt fabule, quam disputationes. Lib. 3 *Confess.*, cap. 6.
2. Poetarum fabulas ad voluptatem excoogitatas animorum, grammaticis ad aliquam utilitatem referre conantur. *De Catechis. rudibus*, cap. 6.
3. Scalpi aures meas falsis fabellis, quo prurient ardentius. Lib. 1 *Confessionum*, cap. 10.
4. Non impie fabule, quibus vanorum plena sunt carmina poetarum, ullo modo consonant nostre libertati. Epist. 131.
5. Antiquitas recipit fabulas, nonnunquam incondite factas. Lib. 22, *de Civitate Dei*, cap. 6.
6. Fabule animas in qualibet corporis etate pueriles, varia quadam delectatione sollicitant. Lib. 12, *contra Faust.*, cap. 27.
7. Habent pagam quedam fabulosa figmenta, sed esse illas fabulas norunt. *Ibid.*, lib. 20, cap. 9.
8. Qui fidei lacte non tenentur, facile ad sacrilegas fabulas, promissione scientie ducuntur. Tract. 90, super *Joan.*
- S. DONAV. 9. Turpissimum est nescire tempus nisi frivolis ac fabulosis narrationibus detinere. In *Speculo discipuli*, part. 1, cap. 23.
- S. EPIPHAN. 10. Nemo inanibus fabulis decipiatur. In lib. *Accurato.*
11. Quis mihi reddet hunc diem, quem in vanis fabulis perdidisti? Homil. 9, *ad Monachos.*
- S. JOANNES CHRYSOST. 12. Omnia apud philosophos gentiles sunt nugae fabule, scena et hypocrisis. Homil. 17, *ad Popul. Antioch.*
13. Fabula quedam est, et somnium, vita. *Ibid.*, homil. 55.
- PETRUS BLESENS. 14. Scias non modicam esse temporis illius iacturam, quod in fabulis expendisti. Tract. *de Inst. episc.*
- S. SYNEIUS EPISCOPUS. 15. Fabula puerorum studium atque disciplina est. *De Provident.*, sect. 1.

FACIEE. Vide URBANITAS.

FACIES.

S. ANTONIUS DE PADUA. *Etymologia.* Facies dicta est, eo quod notitiam faciat hominis. Serm. *Dom. 11, post Trin.*

Facies dicta est ab effigie: ibi est enim facta tota figura hominis, et uniuscujusque personae cognitio. Lib. 11, *Etymolog.*, cap. 1, verbo *Facies.*

SENTENTIE PATRUM.

1. Mulieres de adulterio vultus, meditantur adulterium castitatis. Lib. 1, *de Virginit.*
2. Deles picturam mulier, si vultum tuum materiali candore oblinias, si acquisito robore perfundas. Lib. 6, *Hexam.*, cap. 8.
3. Certe magna nimis presumptio et superbia est, velle aliam formare effigiem, quam Deus non dedit. Part. 2, tit. 4, cap. 3, § 6.
4. Facie divina, faciem diaboli superscribimus; quot enim mortalia committis, tot facies diaboli divine facie superponis. Serm. *Dom. 6, post Pascha.*
5. Severus vultus, custos est discipline. Serm. 2, *Dom. 1, Quadrag.*
6. In facie est frons hominis, non sub humero. Lib. 4, *contra Crescon.*, cap. 58.
7. Non discordet cor tuum a facie tua; non habeas faciem sursum, et cor deorsum. *De Discipul. Christ.*, cap. 5.
8. Christus propter te a facie sua sputa hominum non abegit. *Ibid.*, cap. 14.
9. Non decora facies rerum attingit sensum meum. Epist. 56.
10. Deus fugientis dorsa persequitur, faciem redemptis illuminat. Homil. 34, *ex quibusq. Homil.*, cap. 4.
11. Faciem videmus alterius, nostram videre non possumus. Tract. 74, super *Joan.*
12. Differentia inter faciem hominis, et imaginem de speculo, facies in imagine, facies in corpore, imago in imitatione, corpus in veritate. Tract. 4, super *epist. Joan.*
13. Qui ducere uxorem optat, in illa castitatem amet, non carnis faciem. *Ibid.*, tract. 9.
14. Non potest facies esse rubicunda, cum stomacho abstinentie. Lib. *de Passione Dom.*, cap. 52.
15. Nunquam vultum tuum componas, ut hominibus placeas, sed interius orna faciem conscientie tue bonis virtutibus, ut Jesu Christo colesti placere valeas. Serm. 61, *ad Sororem.*
16. Deus non delectatur in compositione vultus, sed in bonis moribus. *Ibid.*
17. Hominis sana viscera reddunt faciem pulchriorem. Super *Psal. 117*, vers. ult.
18. Ornantur ut alii placeant, qui in facie, non in corde gloriantur. Lib. 3, *Pedag.*
19. Turpissima illius est facies, cujus violata est virginitas. *Ad Monach.*, paranes. 1.
20. Noli in faciem virginis intendere, ne te

S. ISIDORI HISPAL.

S. AMBROS.

S. ANTONIN.

S. ANTONIUS DE PADUA.

S. AUGUST.

S. DONAV.

S. EPIPHAN.

S. JOANNES CHRYSOST.

S. BERNARD.

CASIODOR.

GLEMENS ALEX.

S. REPEREN.

S. FRANCIS.

- ASIASIAS. sonandizet vultus ejus. In suis *Opusc.*, apophtheg. 33.
- S. GREGOR. MAGNUS. 21. Per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis. Lib. 5 *Moral.*, cap. 41, num. 31.
22. Facies hominis immutatur, cum ejus species morte atteritur. *Ibid.*, lib. 12, cap. 44, super illud *Job xiv*: *Inmutabis faciem ejus.*
23. Facies prima corporis honorabilior pars est. *Ibid.*, cap. 22.
- S. HIERON. 24. Vide ne mulierum vultus cordi tuo hareant, et tacitum virat sub pectore vulnus. Epist. 4, *ad Rustic.*
25. Femine nomen tuum noverat, sed vultum tuum nesciant. *Ibid.*
26. Speculum mentis est facies, et taciti oculi cordis latentur arena. Epist. 10, *ad Fortim.*
27. Contractam rugis faciem, arate frons asperat. Epist. 21, *ad Paulum Concorliensem.*
28. Vultus prius pulcherrimus foeminarum, ad tantam postea transit feditatem, ut amor in odia commutetur. Epist. 17, *ad Cyprum.*
- HUGO A S. VICTORE. 29. Facies facturam, et sicut vultus voluntatem hominis declarat, cognitionem facit, et discretionem. Lib. 4, *de Propriet. rerum.*, cap. 6.
- HUGO CARD. 30. Facies mulieris, quasi venosa est, inficiens corpus et animam. Super *H. B. Petri.*, cap. 11.
- S. JUSTIN. ORSELLIT. 31. Nihil est magis quod faciem ornet in corpore, quam dispositio oculorum. Super *Cent.*, cap. 1, explicat. 22, in illud: *Oculi tui columbarum.*
- S. NILUS. 32. Facies mulieris exornata, quavis procella perniciosior est. Orat. 2, *de Luxuria.*
- TEBULL. 33. Facies intentionum omnium speculum est. *De Resurr.*, cap. 15.
34. Facies mulieris plus pro ornatu est, quam pro salute sollicita. Serm. 2, *de Avarit.*
35. Tot efficit vultus, quo quisquis intrinsecus tristes seu hilaris suos fecerit motus. *Ibid.*, serm. *de Resurr.*
- SENTENTIE PAGANORUM.
- CICERO. 36. Vultus et frons est animi janua, quae significat voluntatem abditam ac retrusam. *De Petit. consul.*, num. 34.
- SENECA. 37. Deceitor est facies, in qua aliquis naevus est. Lib. 2, *Controvers.*, controvers. 2.
38. Judice saepius sunt, quae malam faciem habent; non quia animus illis deest, sed corruptor. *Ibid.*, controvers. 9.
39. Si vis aliquem astimare, totumque scire, qualis sit faciem solve, multum mali sub illa latet. Epist. 80.
40. Formosa facies, muta commendatio est. In suis *Proverb.*
- Vide etiam tit. *Fucus*, per totum; *Mens*, sent. 58; *Meretricium*, sent. 22; *Lascivia*, sent. 8; *Pulchritudo*, sent. 79.

FACINUS. Vide CRIMEN.

FACUNDIA. Vide ELOQUENTIA.

FALSITAS.

Etymologia. Falsitas appellata est a fando aliud quam verum est. Lib. 5 *Etymol.*, cap. 26, verbo *Falsitas.*

Definitio. Falsitas est significatio alleujus rei, non ita se habentis, quae putatur esse quod non est.

Differentia. Inter falsitatem et mendacium hoc interest, quod falsitas fit ingenio, mendacium vero simplici verbo. *De Confictu vitior. et virtutum.*

SENTENTIE PATRUM.

1. Nullus amarior, seu magis noxius cibus animae, quam falsitas. Part. 4, tit. 6, cap. 15, § 3.
2. Fallax exosus et infamis habetur, quasi destructivus humane societatis. Part. 4, tit. 5, *de Justitia*, cap. 15, § 3.
3. Approbare falsa pro veris, ut erret inritus, non est natura insituli hominis, sed poena damnati. Lib. 1, *Retract.*, cap. 9.
4. Hic homines fallunt et falluntur, misericordes sunt, cum mentiendi fallunt, cum mentientibus credendo falluntur. In *Enchirid.*, cap. 17.
5. Qui dicit falsum quod putat verum non fallit ipse, sed fallitur. *Ibid.*, cap. 18.
6. Aliquando temeritatis arguendus est, qui falsa incautus credita pro veris habet. *Ibid.*
7. Sub nomine christiano tam multae haereticorum extiterunt falsitates. In lib. *Quest. Evang. secundum Mattheum*, quest. 12.
8. Non est in rebus falsitas, sed in sensu: non autem fallitur, qui falsis non assentitur, nec qui falsa videt, fallitur, sed qui assentitur falsis. Lib. 2 *Solilog.*, cap. 6.
9. Similitudo rerum, quae ad oculos pertinet, mater est falsitatis. *Ibid.*, cap. 6.
10. Fallax id recte dicitur, quod habet quemdam fallendi appetitum, qui sine anima intelligi non potest: sed partim ratione fit, partim natura; ratione in homine, natura in bestis. *Ibid.*, cap. 9.
11. Fallax vel fallens is recte dicitur, cujus negotium est, ut quisque fallatur. *Ibid.*
12. Approbare falsum, erroris est proprium. In *Enchirid.*, cap. 17.
13. Ubi nemo fallit, fallitur nemo. *Ibid.*
14. Fallacia tegmina, et deceptorie dealbationes auferantur a rebus, ut sincero inspiciantur examine. Lib. 3, *de Civit. Dei*, cap. 14.

S. ISIDORUS HISPAL.

COLLECTOR.

S. ISIDORUS HISPAL.

S. ANTONIN.

S. AUGUST.

45. Qui verus disputator est veritatis, a falsitate discretor est. Lib. 1, *contra Cresconium*, cap. 15.

46. Non manifestum est quantum nocere animo falsitas possit: non tamen falsitas animum interimere potest. *De Immort. anime*, cap. 11.

47. Magna est vis veterosarum opinionum, et diu defensæ atque creditæ falsitatis. *De Duab. animab.*, cap. 3.

48. Falsitas quæ nudari et redargui moluit, eorum vitiis nomine, quæ veritas damnat, diligentiam veritatis accusat. Lib. 1, *contra Cresconium*, cap. 6.

49. In omni errore falsitas implicat. *De Mendac.*, cap. 1.

S. BERNARD. 20. Turpe est falsitate posse seduci, et veritate reduci non posse. Epist. 232, *ad Abbat. Joan.*

21. Nec novum, nec mirum est humanum, animum posse falli vel fallere: cavendum et hoc et illud, quia utrobique periculum. Epist. 327, *ad Innocent. Pap.*

S. BONAV. 22. Falsitas latens est causa casus, sicut veritas apparet est causa motus. *Prosec.*

23. Falsitas latens est laqueus periculosus curiosi spectantibus, incuriose expectantibus, injuriose tractantibus: hos involvit, hos comprehendit, hos perdit. Expos. 2, super *Psaln. cxviii*, cap. 7, vers. 14, art. 3.

24. O abusus maxima! cum falsitas nihil valeat, sicut denarius falsus ad decipiendum, tamen ubique regnat. Serm. 2 *omnium Sanctorum*.

S. GREGOR. 25. Veritas fulciri non querit auxilio falsitatis. MAGNUS. Lib. 1 *Moral.*, cap. 13, super illud *Job xiii*: Nunquid Deus indiget mendacia?

26. Sicut semper dicentem falsitas læsit, ita nonnunquam quibusdam audita veritas nocuit. Part. 3, in *Pastoral.*, cap. 1, admonit. 12.

S. HIERON. 27. Fictitia verba, instrumenta sunt diaboli. In *Regula monachorum*, cap. 21.

S. HILARIUS 28. Perimitur falsitas veritate. In *Explanat. super Psalm. lxxi*.

HUGO CARD. 29. Omnis voluntas fallendi, peccatum est. Super *Josue*, cap. viii.

S. JOANNES 30. Istud fallacia est, quod id quod vere est, CRYSOST. occultit: et quod non est, ostendit. Serm. 13, super *Epist. ad Ephes.*

31. Falsus homo falsitatem tegit, amicitiam fingit, et odium exeret. Serm. *de Vit. et vitis*.

S. IRID. RISP. 32. Reddit sæpe hominem multa falsitas, etiam in veritate suspectum. Lib. 2, *de Summo bono*, cap. 30, sent. 1.

33. Nonnunquam falsitas verioquo adjungi-

tur, et plerumque a veritate incipit, qui falsa confingit. *Ibid.*

34. Latent sæpe venena falsitatis circumlita melle verborum: et tandiu deceptor veritatem simulat, quousque fallendo decipiat. *Ibid.*

35. Nefas eum, qui veritati studet, in aliqua re esse fallacem. Lib. 6, *de Divin. inst.*, cap. 18.

36. Sicut ad verum bonum per fallacia mala, sic ad verum malum per fallacia bona pervenitur. *Ibid.*, cap. 22.

37. Multos invenimus, qui fallere velint: qui autem falli, neminem. Apud *D. August.*

38. Nemo cum sanam dexteram videt falsitatis reo, debita jure supplicia judicat fuisse concessa. Homil. 1, *de Bono discipl.*

39. Nihil falsitas possit, si cupiditas otiosa dormiret. *Ibid.*, homil. 5, *de Oris insolentia*.

SENTENTIA PAGANORUM.

40. Multi fallere docuerunt, dum timent falli. Lib. 7, *de Benefic.*, cap. 3.

41. Res nos fallunt, pro bonis mala amplectimur. Epist. 45.

42. Nunquam falsis constantia est, variantur et dissident. Epist. 102.

FAMA.

Definitio. Fama est illæse dignitatis status, legibus, moribus comprobatus, et propalatus.

Fama est ore multorum celebrata laudatio. Super *Proverb.*, cap. xxii.

Fama est quoddam multitudinis testimonium. 76, *Topicor.*

Comparatio. Sicut naribus dulcis odor attrahitur, sic totis desideris animi famæ secularis favor affectatur. Lib. 2, *de Nuptiis*, cap. 170.

SENTENTIA PATRUM.

1. Cum incipis debes magis niti ad munditiam vitæ: cum proficis, ad odorem bonæ famæ. Serm. *Dom. 10, post Trinit.*

2. Caveamus ne in ullo famæ nostræ vulnere serpat nata ab occasione suspicio. *Prosec.*

3. Ipsa famæ semina, priusquam linguis nuntiantur, intereant. In *Exhort. ad monachos*.

4. Cum homo famam querit, adstans ante hominem judicem, circumstante hominum multitudine, inimicum suum odio immanissimo insectans vigilantissime cavet, ne quid per linguæ errorem dicat coram hominibus, et ne per mentis furorem hominem auleri ex hominibus non cavet. Lib. 1 *Conf.*, cap. 48.

5. Odor bonus, fama bona est; quam quisquis bonæ vitæ operibus habuerit, dum vestigia Christi sequitur, quasi pedes ejus pretiosissimo odore perfundit. Lib. 3, *de Doctrina christiana*, cap. 12.

LACT. PIUS,

S. PROSPER,

S. VALER.

EPISCOPI.

SENECA

COLECTOR.

HUGO CARD.

CICERO.

HUGO A S.

VICTORE.

S. ANTONIUS

DE PADUA.

S. ATHAN.

MAGNUS.

S. AUGUSTE.

6. Quem non potest diabolus devarare seductum ad nequitiam, famam ipsius inquinare conatur, ut si fieri potest, opprobriis hominum, et malarum linguarum detractioe deficiat, et sic in ejus fauces ruat. Epist. 137, *ad Clerum*.

7. Sollicita est bona conscientia, famam integritatem servare. *De Spiritu et anima*, cap. 62.

8. Quisquis famam suam custodit, in alios misericos est. *De Bono viduit.*, cap. 22.

9. Nobis necessaria est vita nostra, aliis fama nostra. *Ibid.*

10. Ad virtutem pertinet bona vita, fama vero ad laudem. *Ibid.*

11. Consule quantum potest saluti, prospice famæ. *De Amicitia*, cap. 15.

12. Quisquis volens detrahit famæ mese, nolens addit mercedi mese. Lib. 3, *contra litt. Petilian.*, cap. 7.

13. Cum per bonam famam probantur, utrum nos in superbiam non extollamus; et per malam famam probamur, utrum inimicos eos ipsos, a quibus nobis confingitur, diligamus, diabolum vicinimus. *Ibid.*, cap. 12.

14. Sole etiam de bonis mala fama mentiri. Lib. 3, *contra Cresconium*, cap. 12.

15. Intellegat unusquisque parum sibi prodesse conversationis famam, nisi in contemptu mundi amaverit disciplinam. *De Bono discipl.*, cap. 7.

16. Qui curam bonæ famæ colit, studio tuo gratiam integræ opinionis acquire. *Ibid.*, cap. 8.

17. Quem amor tenet servandæ integritatis, ante omnia falsi ad se famam non admittit erroris. *Ibid.*

18. Si vis placere Christo, elabora ut professionem tuam fides adjuvet, fama commendet. *Ibid.*, cap. 9.

19. Duae res sunt conscientia et fama: conscientia tibi, fama proximo tuo. *Prosec.*

20. Qui fidens conscientia suæ negligit famam suam, crudelis est. Serm. *de Communi vita clericorum*.

21. Qui superiorem vitæ gradum tenent, suæ famæ consulentes, dum impetus malorum timent, eis eorum reprehensione sese absterunt. Lib. 1, *de Civit. Dei*, cap. 9.

22. Nimis superbum fuit famæ parere principum civitatis et civium, ubi suæ famæ parci numina noluerunt. *Ibid.*, lib. 2, cap. 9.

23. Mallem in hominem confidere, quam famæ ipsius falsitatem. Lib. 3, *contra Crescon.*, cap. 9.

24. Cum falsum quid a maledico fingitur, aut omnino non creditur, aut certe integra salute, sola fama vexatur. Epist. 15.

Tom. II.

25. Nullus philosophorum finem actionum suarum constituit in fama vulgi, aut in lingua hominum. Epist. 86.

26. Cum aliquid de aliquo aliquandiu fama jactat, non utique facile credendum est; solet quippe fama mentiri. Epist. 106.

27. Fama popularis non in ore vulgi est latibilis, sed in rebus ipsis. Epist. 128.

28. Nostra purganda vobis est fama, si est Domino purganda conscientia. Epist. 225.

29. Bonam famam custodiamus, dispensationi nostræ multum necessariam. Epist. 239.

30. Fama etiam ipsa consulta, vos pessimis jactat. Lib. 43, *contra Faustum*, cap. 3.

31. Fama de aliquo sermone nante seu bene, seu male, fit non immerito ut amemus vel oderimus ignotum. Tract. 90, super *Joannem*.

32. Erit virtus contenta candore conscientia, ubi sequi non poterit odor famæ: ceterum odor famæ nec excusare sufficit vitium conscientia decoloris. Serm. 71, super *Cant.*

33. Disce fragare bono præconio, habeto testimonium bonum, custodi tuam famam bonam: tua bona fama nullis futuribus obscurat, tua bona fama nullis opprobriis lacertur. Lib. 16, *ad Sarcocin*.

34. Vos immortalitatem vobis propagare videmini, cum futuri famam temporis cogitatis. Lib. 2, *de Consolat. philosoph.*, prosa. 7.

35. Plures magnam sepe nomen falsi vulgi opinionibus abstulerunt, quod quid turpius exogitari potest? *Ibid.*, lib. 3, prosa 6.

36. Sæpe fama vulgi, prophetiæ speciem tenet. Lib. 3, *Recognit.*

37. Curandum est de fama honesta, non ad propriam laudem; sed ad Dei honorem, et proximorum salutem. Super *Epist. ad Colos.*, cap. iv, art. 4.

38. Famæ pretium est conscientia secretum minuire, longque damnosus et periculosus est abuti. In suis *Opusc.*, oraculo 14.

39. Frater, qui alium fratrem famæ gloria spoliaverit, habitu est spoliandus; nec oculos ad Deum elevare poterit, nisi prius quod abstulerat, reddiderit. *Ibid.*, apophthegm. 17.

40. Rapacitatis genus est, si famam decerpis. Serm. 19, super *Cant.* Apud S. Bernard., num. 4.

41. Natura famæ est sive bonum, sive malum nuntiantis ubique omni celeritate discurre. Super *Epist. I. ad Thesalon.*, cap. 1.

42. Fama a bono opere vires accipit, et favoris gratiam quasi claritatem luminis aspergit. Lib. 22 *Moral.*, cap. 5.

43. Eum quem ad opus bonum laudis amor provocat, conceptus fama attingit. *Ibid.*, num. 7.

S. BERNARD.

BOETIUS.

S. CLEMENS

PAPA.

DIONYSIUS

CARTIUS.

S. FRANCIS

ASSISIENSIS.

GHILBERT.

ANGLUS.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR.

MAGNUS.

44. Qui exempla bonorum operum circumquaque per bonam famam tribunt, quasi odorem, quo sanentur aegroti, asperunt. Super *Cant.*, cap. vi, super illud: *Mandragora dederunt odorem.*

45. Postquam quis a vera religione cecidit, redolere per bonam famam opinionem cessat. Lib. 3, in *1 Regum*, cap. II, super illud: *Translata est gloria Domini.*

46. Dulcis fama Sanctorum, sicut mel fluens, dulciter velociterque currit. Lib. 5, in *1 Regum*, cap. iv, super illud: *Et apparuit fluens mel.*

47. Sicut ignis aura flante fit grandior, ita bonae mentis studia commendationis fama proficiunt. Lib. 9, in *Registro*, relict. 4, cap. 52, epist. 52.

S. GREGOR. NAZ. 48. Malum, cum recto studeam, vitiosus haberi, quam vitio indulgens, iusti clarescere fama. In sua *Poesi*. Habet. apud D. Joan. Damasc., lib. 8 *Parall.*, cap. 89.

S. GREGOR. THAUMAT. 49. Fama bona suavior est animae, quam oleum corpori. Super *Ecclesiasten*, cap. 7.

S. HIERON. 50. Falsus rumor cito opprimitur, et vita posteriori iudicet de prioro. Epist. 10, ad *Furiam*.

51. Si anno praeterito fama inuenta est, aut certe si verum dixit: cesset vitium, cessabit et rumor. *Ibid.*

52. Facilius mala credunt homines, et quodcumque domi fingitur, rumor in publicum fit. Epist. 47, de *Vitando suspecto contubernio*.

53. Cavenda est infamiae macula, quae nullo nitro elui potest. *Ibid.*

54. Multum in utramque partem fama mentitur, et tam de bonis mala, quam de malis bona falso rumore concelebrat. Epist. ad *Rufin.*

55. Eo perducta res est, ut neglecta veritate meriti, de sola opinione curemus; qui testimonium vitae nostrae non a conscientia nostra, sed a fama petimus. Epist. 1, ad *Demetriad.*

56. Sola fama subsequi bonum factum tutum, malum autem fama praevenerit. Epist. 22, ad *Susanam lapsam*.

57. Fac tibi famam longiorem, ut quomodo unguentum nares odore delectat: sic ad tuum vocabulum cuncta prosperitas delectetur. Super *Ecclesiasten*, cap. vii.

RUGO CARD. 58. Nomen bonum habet, qui fidelium testimonio laudatur, licet paucorum, non vulgi imperiti. Super *Proverb.*, cap. xxii.

59. Difficillimum est famam semel lesam restituere. *Ibid.*, cap. 25.

60. Bonitas famam consistit in sex: bonitate et veritate eorum, quae praedicantur; bonitate et auctoritate praedicatorum; latitudine et perseverantia praedicationis. Super *Ecclesiasten*, cap. 88.

61. Qui famam negligit, non parci sibi, nec

proximo: non sibi, quia indiscrete agit: non proximo, quia eum scandalizat. Super II *Cor.*, vii.

62. Fortior est tua fama, quam mea virtus. Homil. 5, super *Matth. Oper. imperf.*

63. Nulla res alia magis famam auget, vel bonam vel malam, quam vulgus incompositum. Lib. 3, de *Sacerdot.*

64. Quisquis famae petitor est, vires suas excedit: et non quid possit, sed quid aliis placeat, attendit, et illud festinat implere. Lib. 8, de *Nugis curial.*, cap. 2.

65. Disce bono fragrare praeconio, habito testimonium bonum, custodi bonam famam tuam, nullis fessoribus obscuratur, nullis laceratur opprobriis. Lib. 2, de *Synonym.*, cap. 8.

66. Consultus est ac eligibilis introrsus per humilitatem, Dei ac propriae conscientiae gaudere testimonio, quam exterius ad tempus per elationem humana opinio flore. De *Humilit.*, cap. 8.

67. Praesentibus conversatio tua luceat, absentibus fama in benedictione redoleat. Opusc. 46, cap. 6.

68. Non est negligenda bona fama, reis in omni vita utilissima. De *Migrat. Abrahae*.

69. Fama nihil celerius. Habet. apud D. Joan. Damasc., lib. 3 *Parall.*, cap. 102.

70. Nihil est ita charum homini, sicut fama. Opusc. 7, de *Decem praeccept.*, praeccept. 8, verbo *Non loquaris*.

71. Qui occulte detrahunt, si famam non restituant, salvari non possunt. *Ibid.*

72. Melior est bona fama ex sanctitate vitae, quam odor unguenti pretiosi et divitiae multae. In *Enchirid. Moral.*, cap. 6, sect. 2.

73. Tu qui curam bonae famae colis, studio tuo gratiam integre opinionis acquirere. *Ibid.*

74. Si vis placere Christo, elabora ut professionem tuam fides adjuvet, fama commendat. *Ibid.*

SENTENTIA PAGANORUM.

75. Si famam servare cupis, dum vivis, honestam, Fae fugias animo, quae sunt mala gaudia vitae. Lib. 4 *Distichor.*, metr. 36.

76. Perditissima ratio est, negligere famam. Lib. 4, de *Arte rhetor.*

77. Fundamentum perpetuae commendationis et laus, est iustitia, sine qua nihil potest esse laudabile. Lib. 2 *Offic.*

78. Bona fama in tenebris, proprium splendorem obtinet. In suis *Sentent.*, sent. 60.

79. Multi famam, conscientiam pauci verentur. Lib. 3, epist. 2, ad *Mesium maxim.*

80. Somnam rerum nuntiat laeta, non ordinem. Lib. 4, epist. 11, ad *Cornelian Minutian.*

S. JOHANNES CHRYSOST.

JOHANNES SABESR.

S. ISIDORUS HISPALENS.

S. LAURENTIUS JUSTIN.

S. PETRUS DAMIANUS

PHILO JUD.

S. THOMAS AQUINAS.

THOMAS KEMPIS.

S. VALER. EPISCOPIUS.

CATO POMP.

CICERO.

MINUS POMP.

PLINIVS II.

SENeca.

81. Omnes qui fama ducuntur, mirum in modum assensio et laus a minoribus etiam profecta, delectat. Lib. 4, epist. 12, ad *Adrianum*.

82. Non perpetua fama, sed bona conespicienda est. In *Panegyrico de Trajano Augusto*.

83. Vestra facta diutaque rumor excipit: et ideo multis magis cavendum est, qualem famam habeant, quam qui qualemcumque meruerit, magnam habituri sint. Lib. 1, de *Clement.*, cap. 8.

84. Male agit, qui fame, non conscientiae gratus est. Lib. 6, de *Benefic.* cap. 42.

85. Ad veram gloriam et famam non est satis unius. Epist. 102.

86. Fama, quae vocem desiderat, claritas non est opinio. Epist. 102.

87. Bonne fame tuae non sis seminator, neque alieni invidus. De *Quatuor virt.*

88. Plerique famam, pauci conscientiam verentur. In suis *proverbiis*.

Vide etiam tit. *Aestimatio*, sent. 1, 42; *Detractionis*, sent. 6; *Favor*, sent. 17; *Honor*, sent. 32; 60; *Infermitas*, sent. 7; *Magnanimitas*, sent. 43; *Maledictio*, sent. 31; *Mensa*, sent. 6; *Nomen*, sent. 70, 74; *Persona*, sent. 10; *Suspicio*, sent. 2; *Vidua*, sent. 14.

FAMES.

COLLECTOR. *Definitio.* Fames est appetitus calidi et sicci, id est cibi.

SENTENTIA PATRUM.

S. AMBROS.

1. Fames amica virginitalis est, inimica lasciviae: saturitas vero castitatem prodigit, nutrit illecebram. Serm. 37, de *Quadrage.*

2. Dulciores post famem epulae fiunt, quae assiditate fastidio sunt, et diurna continuatione vilescunt. De *Elia et jejuniis*, cap. 9.

3. Negligit famem corporis, qui pabula lectionis intendit: nec ventris curam habere poterit, qui alimentum verbi caelestis acquirit. Serm. 35, de *Jejuniis Domini*.

4. Nihil prodigae satis est voluptati: semper famem patitur sui, qui alimentis perpetuis nescit impleri. Lib. 7, super *Luceam*, cap. xv, in illud: *Facta est fames*.

S. ANTONIN.

5. Palitur otiosus famem universalem: oculi desiderant vanitatem, aures rumores, olfactus odores, gula cibos, quam famem non habet occupatio? Part. 2, tit. 6, § 10.

S. AUGUST.

6. Fames et sitis quidam dolores sunt, urunt et sicut febris necant, nisi alimentorum medicina succurrat. Lib. 10 *Conf.*, cap. 31.

7. Jejunium voluntatis est, fames necessitatis. Super *Psalms*, lxxi.

8. Medicamentum famis, cibus est. Homil. 38, ex *Quinquag. homil.*

9. Fames amica virginitalis est, inimica lasciviae: saturitas vero castitatem prodigit, nutrit illecebram. Serm. 4, *Feria 4, post 2, Dom. Quadrage.*

10. Cur corpus fame discrucias, cui turpiter peccando blandiris? Serm. 1, *Fer 3, Rogat.*

11. Noa est sanus, qui esurit. Homil. 38, ex *Quinquag.* homil., cap. 6.

12. Fames famelici morbus, miserabilis est affectio. Conc. 11, de *Fame*.

13. Fames humanarum calamitatum caput existit. *Ibid.*

14. Miserrimum genus mortis est, fame perire. *Ibid.*

15. Fames lentum habet malum, dolorem differens ac prolongantem, morbum insidentem ac dolentescentem, mortem semper praesentem ac semper tardantem. *Ibid.*

16. Fames humiditatem naturalem consumit, caliditatem frigidificat, molem contrahit, facultatem ac vires paulatim tabefacit. *Ibid.*

17. Fames et siccitates, communes quaedam sunt civitatum ac gentium plaga, hominum peccata immodica punientes. Homil. 9, *Quod Deus non est auctor malorum*.

18. Ad horrea tua aperienda, noli annonae caritatem expectare: nam qui auget pretium annonae, publice execrationi obnoxius redditur. *Prosec.*

19. Famem ob aurum ne opperitor, noli ob utilitatem privatam, communem inedia affectare. Homil. 9, *contra divites*.

20. *Facta est valida fames in terra*: qui pecuniam diligit, non satiatur; qui luxuriam appetit, non satiatur; qui gloriam quaerit, non satiatur; qui mundum amat, non satiatur. Serm. de *Conversione ad Clericos*, cap. 22.

21. Fames, non sapor provocat appetitum. In *Formula honestae vitae*.

22. Si blado abundas, non diligas caritatem, quia diligens caritatem, cupit esse pauperum homicida. Epist. de *Cura et regim. rei familiaris*.

23. Sicut post saturitatem edere superfluum est, ita ante esuriam otiosum est, cum esurire licitum est, post esuriam strenuum est. Super *Psalms*, civ.

24. Paece fame morientem; si non pavisti, occidisti. In *Spectulo animae*.

25. Eorum pauperum, qui ex fame obierunt, mortis reus teneris. Super *Epist. Jacobi*, cap. v.

26. Absurdum est fame illum confici, qui cibum aliis impertitur. De *Confession.*

27. Si fames oritur super terram, quia justus servavit te Deus, ne fame pereas. In *Elucid.*, super cap. v.

S. BASILIUS MAGNUS.

S. BERNARD.

S. BONAV.

DIONYSIUS CARTEUS.

S. EPHREM.

FRANCISCUS TITELM.

28. Nescit dulcedinem epularum, qui famem non est expertus. *In Annot. super Psalm. lxx.*
- S. GREGOR. MAGNUS. 29. Sicut fames carnis est subtractum subsidium corporis : ita et fames mentis est silentium divine locutionis. Lib. 6 *Moral.*, cap. 45, super illud *Job v : la fame eruet te.*
30. Fames corpus atterit, atque ut ejus necessitas repellatur, cibi requiruntur : sed saepe et cibi gravant, qui ad repellendum debilitatis gravamen quesiti fuerant. *Ibid.*, lib. 12, cap. 9, num. 9.
31. Saturitatem excludit esuries. *In Septem Psalm. Psalms. Psalms. vi*, in prolog.
32. Nonnulli hujus mundi divites, cum fame crucientur Christi pauperes, effusis largitatibus nutriunt histriones. Part. 2 *Pastoral.*, cap. 4, admonit. 21.
- S. GREGOR. NAZ. 33. In fame nihil gravius, atque acerbius est, quam crudelitas, cupiditasque inexplabilis eorum qui rei frumentariae copia circumfluunt. Habet apud. Div. Joan. Damasc., lib. 2 *Parall.*, cap. 82.
34. Observant enim temporum difficultates, atque ex annonae penuria lucrum captant, et ex aliorum calamitatibus messem faciunt. *Ibid.*
- S. GREGOR. NYSS. 35. Affectus famis est ejus desiderium, quo carere non possumus. Orat. 4, *de Beatitude.*
- S. HIERON. 36. Ego fame torquor, et tu judicas quantum ventri meo satis sit. Epist. 2, *ad Nepotian.*
37. Famem vera fides non timet. *Ibid.*, epist. 8, *ad Demetriad.*
38. Pestilentia semper famem, ac penuriam sequitur. Lib. 4, *super Ezech.*, cap. xiv, super illud : *Et immittam in eam famem.*
39. Nihil est fame durius, quae saepe compellit obsessos humanis vesci carnibus, et in suam severo naturam. Si hoc facit fames corporum, quid de fame dicendum est animarum? Lib. 3, super *Amos*, cap. viii, super illud : *Ecce dies veniunt.*
40. Mittit Dominus famem in terram super eos, qui terrena sapiunt, et famem non panis, sed audiendi verbum Dei, quando propter peccata populi doctrina deficit in Ecclesiis. *Ibid.*, cap. viii.
41. Fames necessitatis est jejunium voluntatis. Super II, *ad Cor.*, cap. ii, in illud : *In labore et erumna.*
- HUGO A S. VICTORE. 42. Fames vitales meatus arctat, corpus attenuat, squalorem generat, villa pretiosa reputat, cutem tumescere facit, et pilosam, desidiam et appetitum excitat. Lib. 4, *de Propriet. rerum*, ap. 6.
- HUGO CARD. 43. Infelices, qui intelligitis vos majorem famem habere, quam ventrem. Super II, *Reg.* iv.
- JOAN. CASS. 44. Pulchre Abbas Macharius cuiquam percunctanti, cur fame ab hora tertia in eremo pulsare-

tur, qui in cœnobio hebdomadibus integris refectioem saepe contemnas, non sensisset esurium? respondit : quia nullus hic est jejunii tui testis, qui te suis laudibus nutriat aliquid sustentet, ibi autem te digitus hominum, et eocodioxie relectio saginabat. Collat. 5, *Serapionis Abb.*, cap. 42.

45. Corpori ob voracitatem multa parantur, anima vero fame perire sinitur. *Prosec.*

46. Fames corporis illud emaciat, fames illam attenuat. Homil. 54, super *Gen.*

47. Molesta est fames, quae ad hoc saginatur ut perdat : pernicioesa esuries, quae idcirco excluditur, ut pejor in homine nutriatur. Serm. de *Jacob. et Esau.*

48. Molesta est fames, ubi quod esurit necessitas deesse invenit. Homil. 16, *de Bria.*

49. Quando famis premit, nescit inter divitem et pauperem ullo modo discernere, gloriosum, et ingloriosum, nobilem et ignobilem non cognoscit. Homil. 59, super *Matth.*, *Oper. perf.*

50. Dives in frumento famem precibus optat, ut auro potiarur; quid hujusmodi viro miserandum magis? Homil. 39, super *1 Cor.*

51. Fames repletione est tolerabilior; famem namque plures dies quisquam ferre poterit, repletione vero ne solos quidem duos. Homil. 1, super *Epist. ad Colos.*

52. Quid est fame et siti deterius, quid saevius, quid intolerabilius? Homil. 28, super *Epist. ad Hebr.*

53. Erubescis esurire, rapere vero non erubescis : times fame necari, alios autem necare non times. Homil. 53, *ad Populum Antioch.*

54. Condimentum loco sit tibi fames. Lib. 1, *Parall.*, cap. 26.

55. Sitis et fames, carnis luxuriam interimunt : fames et sitis, carnis libidinem superat. Lib. 2, *de Synonym.*, cap. 4.

56. Urbium regionumque gravissimus morbus fames est : cujus vires oportet frangere, ne initium auctus indecat. *De Joseph.*

SENTENTIAE PAGANORUM.

57. Cibi condimentum est fames. Lib. 2, *de Fratribus*, num. 90.

58. Corporibus humida carne præditis perle-renda fames est : nam fames siccat corpora. *Commentar.* 7, aphori. 59.

59. Parvo fames constat, magno fastidium. Epist. 17.

60. Queris quid sit remedium inopie? famem fames finit. Epist. 110.

61. Ambitiosa non est fames, contenta desinere est, quo desinat, non nimis curat. Epist. 119.

62. Palatum tuum fames excitat, non saporis. *De Quatuor virtut.*

S. JOANNES CHRYSOST.

S. JOANNES DAMASC.

S. ISIDORUS HISPAL.

PHILO JUD.

CICERO.

HIPOCRATES

SENECA:

SIXTUS PHILOSOPH.

63. Melius est fame mori, quam per incontinentiam ventris maculare animam. Sent. 335. Vide etiam tit. *Avaritia*, sent. 116; *Domare*, sent. 17; *Exercitium*, sent. 9, 10; *Laus*, sent. 40; *Nutritio*, sent. 54; *Pecunia*, sent. 52; *Satietas*, sent. 5.

SENTENTIAE PATRUM.

S. AMBROS.

1. Laus Domini, ubi munda possessio, et innocens familia disciplina. Lib. 1 *Offic.*, cap. 50.

S. AUGUST.

2. Sine obedientia familia aliqua regi non potest. Serm. 7, *ad Frat. in Eremito.*

3. Habet omnis familia Dei consolationem suam non fallacem, nec in spe rerum nutantium consistantem. Lib. 4, *de Civitate Dei*, cap. 29.

GLOSS. DEGR.

4. Ille vere et bene præpositus est suae domui, qui familiam suam bene gubernat verbo et exemplo. In *Decret. Gratiani.*

S. GREGOR. MAGNUS.

5. Absente domina familia, ancillarum linguæ perstreperunt, silentium deserunt, deputati operis officia negligunt, totumque ordinem confundunt. Lib. 1 *Moral.*, cap. 15.

S. HIERON.

6. Nobilium familiarum virgo virginitate sua nobiliorem facit. Epist. 8, *ad Demetriad.*

7. Familiam tuam ita rege et confove, ut te matrem magis tuorum, quam dominam videri velis, a quibus benignitate potius quam severitate exigere reverentiam : fidelius et gravius semper obsequium est, quod ab amore, quam quod a metu proficitur. Epist. 14, *ad Cetantiam.*

HUGO A S. VICTORE.

8. Duæ sunt familiae, una Christi, altera diaboli : milites diaboli exterius violentiam inferunt, milites Christi interius patientiam vincunt. In *Dialog. de sacram. legis naturalis et scriptae.*

HUGO CARD.

9. Prælatum est bonus, cum familia est bona : malus, cum familia est mala. Super *Ecclesiastic.*, cap. x.

S. JOANNES CHRYSOST.

10. Disciplina domini ex moribus familiae demonstratur. Homil. 10, super *Matth.*, *Oper. imperf.*

11. Familia sine flagello non regitur. *Ibid.*, homil. 45.

12. Nihil concordia in familia majus, nihilque magis necessarium : id enim præstat pecuniis et ingenuitati, atque potentias, et cæteris omnibus ongo utilissimum est. Homil. 4, super *Epist. ad Tit.*

SALVIANUS.

13. Quantam illic putamus esse labem familiarum, ibi Domini sunt impuritatis exemplum? Lib. 7, *de Gubernat. Dei.*

14. Nemini dubium est omnes dominorum familias, ut similes esse dominis, aut deteriores. *Ibid.*, lib. 8.

S. SYNESTUS EPISCOPUS.

15. In familia protectio defensionisque, penes maritus est : penes feminas autem eorum, quae intra ædes sunt, cura atque sollicitudo. *De Regno ad Arcadium imperat.*

SENTENTIAE PAGANORUM.

16. Nemo tanta felicitate esse potest in magna familia : ut neminem neque servum, neque libertum improbum habeat. Orat. 2, *pro Roscio.*

CICERO.

FAMILIARITAS.

Definitio. Familiaritas est ejusdem generis societas. *Szyzygia 6, De Definit.*

PLATO.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Adulterinus sermo juvenescens, modus adolescentium est : verba adolescentis, vincula sunt amoris. Lib. 1, *de Penit.*

2. Quam religiosum videtur, ut commorationem christianae fœminae non recuses : sed crebra inde tentatio. *Prose.*

3. Si attentos Deo viderit diabolus, suggerit ut decipiat : sed tu quamvis de proposito præsumas cave tentationem, sciens naturam. Lib. 4, super *Luc.*, cap. xv, in illud : *Diabolus recessit ab illo.*

4. Nimia familiaritas, quam habent mulieres cum personis spiritualibus (etsi pura intentione) nisi magno rigore gubernetur, in sensualem amorem convertitur. Part. 4, tit. 6, cap. 2, § 2.

5. Quomodo credendum est, ut non incidat in laqueum diaboli, qui studioso sibi laqueum parat? Part. 2, tit. 5, cap. 1, § 7.

6. Cavendum est a mulieribus, etsi sunt honestas et pie conversationis, quia saepe sub affectu pietatis se supponit viscus libidinis. Part. 3, tit. 16, cap. 1, § 10.

7. Familiaritas quae causatur ex multa et privata locutione, in omni re præbet audaciam : audacius enim petitur aliquid a familiari, quam ab extraneo. Part. 3, tit. 16, cap. 1, § 10.

8. Spina lacerans est nimia domesticitas. Part. 4, tit. 4, *de Temperantia*, cap. 6, § 6.

9. Cum malis hominibus nulla tibi sit familiaritas, si non vales, Domino miserante, eos ab errore suo revocare. *De Salutar. document.*, cap. 44.

10. Ab omnibus christianis, præcipue tamen a monachis seu clericis, indigna et inhonesta familiaritas fugienda est, quia sine ulla dubitatione qui familiaritatem mulierum non vult fugere, cito dabitur in ruinam. *De Honest. mulier.*, cap. 1.

11. Quanti per mulierum inhonestam familiaritatem, castitatis decorem [perdiderunt] *Ibid.*, cap. 2.

S. AMBROS.

S. ANTONIN.

S. AUGUST.

42. Quanto vilior est mulierum conditio, tanto ruina faciliior. *Ibid.*

43. Si tam multo, sanctos viros incauta familiaritas mulierum, et perniciosa blandimenta vice- runt, quid de se cogitant illi, qui cum mulieribus non solum conversari: sed etiam in una domo manere, et convivio earum, aut frequenter, aut semper interesse nec metuunt, nec erubescunt? Homil. 21, ex *Quinquaginta homil.*

44. Nihil pejus est, quam consortium habere mulierum, et societatem. Serm. 26, ad *Pratr. in crema.*

S. BASILIUS
MAGNUS.

45. Absurdum est eum, qui a mundi delectatione solutus esse studet, voluptatum vinculis per familiaritatem seipsum implicare, ut non amplius de cetero, neque corpore, neque anima solutus esse juxta professionem possit. *De Virginit.*

46. Perniciosa sunt improborum hominum familiaritates. Apud D. Joan. Damasc., lib. 2 *Parall.*, cap. 73.

S. BERNARD.

47. Cum femina semper esse, et non cognoscere feminam, nonne plus est quam mortuum suscitare? quod minus est non potes, et quod majus est vis credam tibi? *Prose.*

48. Quotidie latus tuum ad latus juvenule est in mensa, lectus tuus ad lectum ejus in camera, oculi tui ad illius oculos in colloquio, manus tuas ad manus ipsius in opere, et continens vis putari? esto ut sis, sed ego suspicione non careo. Serm. 6, super *Cant.*

49. Dignatio facit familiarem, familiaritas praesumptorem. Epist. 469, ad *Innocent. pap.*

20. Vulgare proverbium est, quod nimia familiaritas parit contemptum. In *Scula claustralem*, verbo *Secd.*

21. Si familiaritas religiosis interdicitur hominum, quanto mulierum? In *Speculo monach.*

22. Tanto altius se quisque noverit in virtutum gradibus ascendisse, quanto minus humanis colloquiis delectatur. Lib. 1, de *Passione Dom.*, cap. 28.

23. Saepe familiaritas vincit, quos vitium superare non potuit. Serm. 58, ad *Soroem.*

S. BONAV.

24. Qui vult seipsum mundum conservare per puritatem pudicitiae, debet quantum potest fingere consortia mulierum. Serm. 2, *Dom. 11, post Pent.*

25. Ex multiplicatione familiaritatum, suspiciones, infamaciones, et scandala plurima oriuntur. Epist. ad *Maistr. pro vine. et Custodes.*

26. Mulierum tam propinquarum, quam aliarum, carae societates declinandae est, earumque familiare nimis obsequium et tactus omnino fugiendus. *Prose.*

27. Nulli ulla ratione sustineant, quod pedes sibi a muliere laventur.

28. Nudam manum mulieris tangere, vel ad ejus caput vel corpus ubilibet absque necessaria atque evidenti causa manum extendere, ab omni prorsus honestate quis dubitat alienum?

29. Non sine periculo animae, mulierum habetur societas.

30. Ubique gustanda est cum mulieribus, non continenda praesentia, sed quasi transeunter feminis exhibenda est accessio.

31. Tutius est non posse perire, quam juxta periculum non perisise.

32. Illud nec castum dixerim, nec honestum, qui mulierem aut tangere, aut tactum ejus admittere non abhorret: quomodo tangere licet, quod intueri non licet? In *Speculo discipl.*, part. 1 cap. 30.

33. Ubi multi familiares, ibi multi locutiones, et sibi singulares. *Ibid.*, part. 2, cap. 6.

34. Si familiarem admittis, admitte quem etiam mores, discretio, et honestas insignit et commendat. *Ibid.*

35. Familiaritas si fuerit ordinata, non erit blanda, improba, puerilis. *Ibid.*

36. Est modesta quaedam in sancta familiaritate severitas, est et justitia rectitudo: ut nullatenus vitium foveatur, nec pro amico proximus offendatur. *Ibid.*

37. Saecularium familiaritas indiscreta, religiosi quietem multipliciter inquietat. *Ibid.*

38. Non potest corde habitare cum Domino, qui mulierum accessibus copulatur. *Ibid.*

39. Asper sermo, brevis et rigidus, cum mulieribus habendus est. In *Regula novit.*, cap. 11.

40. Fuge laqueos mulierum, qui non es Davide sanctorum, nec Samsons fortior, nec Salomone sapientior.

41. Frequens familiaritas, domesticum est periculum, delectabile detrimentum, et malum occultum boni colore depictum. *De Modo confitendi*, cap. 14.

42. Quando prima familiaritatis femina cum viro esse coeperit, satis verecunda et quasi sancta esse cognoscitur: sed diabolus subtrahit in primis machinamenta sua, donec paulatim assidua familiaritate crescente inter ambos inimica nuntiat! *Prose.*

43. Callidus enim hostis facit illos sibi invicem parvo tempore deservire, sine ulla ratione libidinis, sine ullo dispendio castitatis.

44. Etiam illos falsa securitate circumvenit, ut eos quasi in blanda tranquillitate, velut duas naviculas perducat in altum: et dum se putant esse securos, subito illos tempestate demergit.

S. CESAR
ARELAT.

45. Tandiu subditos ignes sine ullis flammis occultat, donec duas faculas jungens simul jam ambas accendat. Epist. ad *Quosdam.*

46. Si tu te nimium familiarem praebueris, alterius concupiscentiam nutris. *Prose.*

47. Etiam ipse non pecces, alium tamen perdes: et erit tibi causa etiam sine causa, ut te libido maculet aliena.

48. Et qui indignam familiaritatem non subvertit, aut se aut alium cito perdit. *Ibid.*

49. Attende, anima sancta, diligenter intellige, quanta mala de inordinata familiaritate nascantur. *Prose.*

50. Familiaritas enim cujuslibet feminae, si frequens esse coeperit, non nisi corruptionem seminam, vitia pullulat, libidinem concipit, ignominiam parat, porrigit furiam, lasciviam pascit, petulantiam nutrit, casus exallat, ruinas aedificat, ripas erigit, praecipitia aperit, periculis naufragat, naufragis militat, perditione gaudet, iacturam fovet, confusionem mercatur, thesaurizat opprobrium, criminationes exaggerat, excusationes inflammant. *Ibid.*

51. Et ceteratim simul glomerantur numerose indagines captionum: ac per infinita dedecora multiplicis mortis invehit perniciem perditorum.

52. Tot itaque et tanta mala perniciose familiaritatis nemo prosternit, nisi qui societatem, unde periculum possit, aut difficile, aut certe rarius habere contenderit. *Ibid.*

53. Sancta anima, quae secretum suum custodire voluerit, assiduitatis malum tota animi virtute fugiat. *Ibid.*

CLEMENS
ALEX.

54. Fugienda est mulierum familiaritas, fugienda tanquam scopulus difficilis, aut charybdis mime, aut fabulose syrenes. *Prose.*

55. Suffocet enim hominem, a veritate averit, abducit a vita: est laqueus, est harathrum, est malum ventilabrum consuetudo, seu familiaritas.

56. Haec est unda, quae ignem cruciat: mala est insula, accumulata ossibus et cadaveribus. In *Orat. adhortat. ad Gentes.*

S. CYPRIAN.

57. Tempus certaminis adme geritur, et mors per feminam usque grassatur. *Prose.*

58. Quantos leones, quantos et quales episcopos et clericos et laicos una muliebris infirmitas delicata domuit, quae cum sit vilis et misera, de magnis efficit praedam! *De Singularit. cleric.*, cap. 3.

59. O quam inordinabilis feminae propinquitatis jaculatur, cujus vicinia est delictorum latrocinium: non est in hac societate sinceritas approbabilis, quae collisiones habet, velut quibusdam fluctibus turbulenta. *Ibid.*

60. In familiaritate mulieris non habet amica concordia, quoniam non nisi discordantes inimicitias creat. *Ibid.*

61. Casuale est omne quod femina est, et copulatio ejus semper infesta est. *Ibid.*, cap. 4.

62. Mulier foedere suo magnas molestias praestat, et cui adhaerit contra fas, sibi insanabilem ingerit plagam. *Ibid.*

63. De carbonibus scintillae dissiliunt, de ferro rubigo nutritur, morbos aspidēs sibilant, et mulier fundit concupiscentia pestilentiam. *Ibid.*

64. Nec quisquam sibi proponat et dicat: Habere volo quod vineam, hoc est enim dicere, Vivere desidero sub ruina. *Ibid.*, cap. 6.

65. Omnis inconveniens sodalitas mulierum, gluten est delictorum, et viscum toxicatum, quo diabolus homines accupatur. *Ibid.*, cap. 7.

66. Ama feminas inter sacra solemnia, et odio habe in communione privata. *Ibid.*, cap. 9.

67. Tunc cavenda sunt feminae participia, quando geritur carnalium curarum continuamunimiter frequentia. *Ibid.*

68. Tandiu diabolus sopitum ignem sine utilis flammis occultat, donec duas faculas jungens, simul ambas accendat: et tandiu cessat savitiae suae tela supponere, donec sicut peritus venator, quos occidit, esse laquei sui vitulis alligat. *Ibid.*, cap. 12.

69. Diabolus sicut de simplici charitate amorem conflat illicitum, sic per sanctitatem sibi inducit interitum. *Ibid.*

70. De clericis familiaribus erga mulieres Apotolus ait: *Gloria in turpitudine ipsorum.* Dillectio est, inquinat. O dilectio, quae invidet sibi! o charitas, quae cupit se in viluperatione laudari! *Ibid.*, cap. 18.

71. Grande miraculum, ut virginum charitas per familiaritatem, virgines faciat velut conjuges credi, et conjugum charitas conjuges faciat velut virgines aestimari. *Ibid.*

72. Amputanda sunt omnia quaecunque ignifari fomitis sulphureantibus flammis scatenus fornax ebullientis carnis exstuat, ne vellemus quidem scintilla servata, majora conflat incendia. *Ibid.*, cap. 12.

73. Ubique gustanda est cum mulieribus, non continuanda praesentia: sed quasi transeunter feminis exhibenda est accessio quodammodo fugitiva. *Ibid.*, cap. 25.

74. Homo et mulier, ignis est et palea: diabolus nunquam insufflare cessat, ut accendatur. Epist. ad *Damas. Pap. de morte D. Hieron.*

75. Tanta sit inter virum et mulierem fa-

S. EUSEBIUS
CESAR.

- miliaritatis raritas, ut alter alterius nomen nesciat. *Ibid.*
76. Mulierum familiaritates, colloquia, et aspectus, quæ multis occasio sunt ruinae, eo sollicitius evitare debemus, quo sæpius videmus per hujusmodi debilem frangi et fortem spiritum infirmari. *Prosec.*
77. Harum contagionum evadere conversantem cum eis, nisi probatissimum virum, tam facile judico, quam in igne ambulare et non comburere plantas.
78. Non enim securum puto earum formarum introrsum haurire imagines, quæ possunt aut edomite carnis resuscitare igniculum, aut pudicæ mentis maculare nitorem.
79. Frivolum profecto est quodcumque mulieris colloquium, excepta sola confessione, vel instructione brevissima, juxta quod saluti expedit, vel congrui honestati. In suis *Opuscul.*, collat. 6.
80. Non familiaritate nimia vilescat auctoritas, quia solet nimia familiaritas contemptum parere. In *Annotat.* super cap. 1 *Job*.
81. Major familiaritas est in cibo sumendo, quam in colloquio: et facilius quis decipitur inter epulas, quam inter loquelas. In *Decretis Gratiani*.
82. Qui corpus suum continentie dedicant, habitare cum feminis non presumant, ne ruina mentem tanto repentina surripiat, quanto ad hoc quod male concupiscitur, etiam presentia concupite formæ famulatur. Lib. 3 *Dialogi*, cap. 7.
83. Inter amantes se animos hominum, imaginum charitatis familiaritas autem præbet. *Ibid.*, cap. 37.
84. Legitur quod beatus Augustinus nec cum sorore habitare consenserit, dicens: Quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt. Lib. 7, in *Registro*, in art. 2, cap. 39, epist. 39, ad *Roman. defensor*.
85. Docti viri cautela, magna debet nobis esse instructio, nam vitium præsumptionis est, quod fortis pavet, minus validum non timere. *Ibid.*
86. Omnes puellas et virgines Christi, aut æqualiter ignors, aut æqualiter dilige. *Prosec.*
87. Non in castitate confidas: nec sanctior Davide, nec Samsone fortior, nec Salomone potes esse sapientior: memento semper quod paradisi colonum possessione sua mulier ejecerit. Epist. 2, ad *Nepot.*
88. Periculose tibi ministrat, cujus vultum frequenter attendis. *Ibid.*
89. Solus cum sola, secreto et absque arbitraris vel teste, non sedas. *Ibid.*
90. Ancillas tibi scias esse in insidiis: quia quanto vilior earum conditio, tanto facilius est ruina. *Ibid.*
91. Fœminæ nomen tuum noverint, sed vultum tuum nesciant. *Ibid.*
92. Quare solus cum sola, et non cum arbitraris sedes? ut cum ipse non pecces, aliis peccare videaris. Epist. 12, ad *Gaudentium*.
93. Puellæ quanto licentius juvenculos adeunt, tanto diffidius evitantur: et quod didicerunt, secreto docent. *Ibid.*
94. Solent lascivi, et complures juvenes blandimentis, affabilitate, munusculis aditum sibi ad virgines querere: et cum clementer intraverint, de scintillis incendia solent concitare, paulatimque proficere ad impudentiam, et nequaquam posse prohiberi. *Ibid.*
95. Quisquis unquam mortalium juxta vicepam securus somnos capit? quæ etsi non percutiat, certe sollicitat. Securius est perire non posse, quam juxta periculum non perissee. Epist. 47, de *Vitandis suspecto contubernio*.
96. Nulla securitas est, vicino serpente dormire: potest fieri ut me non mordeat, tamen potest fieri ut aliquando me mordeat. Epist. 6, *advers. Vigilant.*
97. Quid facit monachus in cellulis fœminarum? quid sibi voluit sola et privata colloquia, et arbitros fugientes oculi? Sanctus amor impatiens non habet. *Ibid.*
98. Amice, cave tibi a muliere: Cato non nisi cum vera et cognita loquebatur (nec quisquam fœminarum execratur ludibria, nisi expertus) cum ait, si absque fœmina posset esse mundus conversatio nostra non esset absque diis. Epist. 51, ad *Rufinum, ne ducat uxorem*.
99. Mihi crede, non potest toto corde cum Domino habitare, qui fœminarum accessibus copulatur. Epist. 54, ad *Oceanum, de Vita clericorum*.
100. Flamigero igne percutit fœmina conscientiam pariter habitantis, exuritque fundamenta montium. *Prosec.*
101. Si cum viris fœminæ habitent, viscarum non deerit diabolus.
102. Fœminam, quam bene videris conversantem, mente dilige, non corporali frequentia. *Ibid.*
103. Quid te virginali delectat eloquium? cur sanctioniales frequentas? inordinata consuetudo ista est. *Ibid.*
104. Nihil est periculosius viro, quam mulier; et mulieris, quam vir: uterque palea, uterque ignis. In *Regula monachorum*, cap. 11.
105. Non nimium sit stricta familiaritas, non

- suspecta colloquia: quia tam cito perditur, nisi forte custodiatur, quod charum habetur et utile. *Ibid.*
106. Principium spiritualis operis, si non sit maturo proviso, solet subsequi quoddam carnale. *Ibid.*
107. Sicut in pluribus solet contingere mulieribus sub fervore spiritus, sub charitate nimium stricta (nisi custodia gravitatis ori ponatur), si utatur loquendi copia, statim libido et actu turpissimum, dictu infelicissimum, de spiritu et charitate nascitur. *Ibid.*
108. Charissimæ, hoc hortor, hoc moneo, hoc mando vobis, ut quæ Christi desponsata est conjugio, cui omnem castitatis vestre fidem vovistis, viri ejuscunque, etiamsi cum sanctitas exornet, etiamsi Baptiste æquaretur in meritis, quaratis effugere familiaritatem. *Ibid.*
109. Secreta verba non carent suspicione. *Ibid.*, cap. 20.
110. Nullum venenum nocivius fœminam, quam affectio erga virum, quancunque de causa procedat. *Ibid.*
111. Proh dolor! infelix mulieris conditio: sanctorum mulier ultra quam dici liceat, si viro adheret quantumcumque spirituali, instinctu naturali inclinatur tandem ad nefas, in viro virtus deficit. *Ibid.*
112. Nutrimentum luxuriæ cohabitatio mulieris ministrat, præbet vires, supponit igni materiam. Lib. 1, de *Nuptiis carnal.*, cap. 2.
113. Familiaritas fœminarum vere noxia est; et ipsa quoque figura sexus illius execranda. Collat. 6, *Abb. Sereni*, cap. 26.
114. Sicut mali sua consuetudine familiaribus multum nocent, sic et bonorum familiaritas conjunctis sibi maxima offert commoda. Homil. 5, super *Gen.* in illud 1, *Cor xv: Corruptunt bonas mores*.
115. Quid, qui colorum civis es, et superiorem philosophiam colis, cum eis qui terrena sapiunt, te commisceas? Homil. 25, super *Epist. ad Hebr.*
116. Stultorum familiaritates exitiose sunt. Lib. 3 *Parall.*, cap. 72.
117. Sicut scintillæ de carbonibus prosiliunt, ita virus concupiscentiæ ex mulierum assidua familiaritate diffunditur. *De Inst. vite sacerdot.*, cap. 2.
118. Janua diaboli, porta inferni, via iniquitatis, scorpionisque dira percussio; et nocivum genus fallendi viro casto, familiaris est fœmina: cum proximal, stimulat: cum loquitur, incendit: cum tangit, vehementer exurit.
119. Circa serpentem positus, non eris diu illesus. *Prosec.*
120. Apte ignem consistens, etsi ferrenus sis, aliquando dissolveris.
121. Proximus periculo, diu tutus non eris.
122. Per assiduitatem cito peccat homo, sæpe familiaritas implicat, sæpe occasio peccandi voluptatem facit.
123. Sæpe quos voluptas non potuit, assiduitas et familiaritas superavit. Lib. 2, de *Synonyma*, cap. 4.
124. Scabiæ animus laborat, plenusque est malorum succorum ex aliis colloquiis. Epist. ad *Zenonem*.
125. Accedendum est ad mulieres cum integritate et cautione, non curiose, cum metu periculosæ earum consuetudinis. *Ibid.*
126. Versandum cum mulieribus majore cum animi fortitudine adhibita, diffusorum ramorum nostrorum præcione. *Ibid.*
127. Ne! quam multi in principio pure et sine deceptione conversantes, ex nimia familiaritate paulatim infecti, in immane precipitium dilapsi sunt, eo miserabilius, quo fedius! *De Discipul. monast. conversat.*, cap. 22.
128. Perniciosa est cum vanis hominibus consuetudo. In *Lib. Ascetic.*
129. Lucernæ flammam oleum nutrit, et libidinis ardorem accendit consuetudo fœminarum. Orat. 2, de *Luxuria*.
130. Si vis pudice vivere, mulierum fuge familiaritatem, nec aditum illis ad te liberum permittite. *Ibid.*
131. Cave ne te blandis sermonibus mulieres irretiant; pestiferum enim illis venenum est. *Ibid.*
132. Ad ignem potius ardentem, quam ad mulierem juvenem, juvenis appropinqua: nam si ad ignem accesseris, dolore affectus celeriter resilies: ita si fœminæ verbis incensus fueris, haud ita facile recedes. *Ibid.*
133. Florent olera prope aquam sata, et libidinis semina familiaritate mulierum exitantur. *Ibid.*
134. Si in mulierum familiaritate cupiditas animum non commoverit, ei tamen tu minime fidas. *Ibid.*
135. Nullum precor, habeas cum homine sæculari commercium. Epist. 134, ad *Waihelm. Electum*.
136. Ut vires amittant incentiva libidinum, declinanda est societas fœminarum. Opusc. 52, cap. 4.
137. Si fœmina appropinquaverit masculo, protinus ex eis ignis egreditur. *Ibid.*, cap. 5.
138. Frequens familiaritas, domesticum est periculum, delectabile detrimentum, et malum

s. JUSTIN.
MART.s. LAURENTIUS
JUSTIN.

s. NILVUS.

PETR. BLES.
EPIST. 134, ad
Waihelm.s. PETRUS
DAMIANUS.s. THOMAS
AQUINAS.

occultum bono colore depictum : que quidem familiaritas quanto plus crescit, tanto plus infirmatur principale motum, et utriusque puritas maciatur. *De Modo confitendi. De Periculo familiaritatis.*

THOMAS
A KEMPIS.

139. Quanto rarius et brevis loquimini hominibus, tanto securius est pro custodia cordis et oris : plus enim edificabitur bonis moribus quam curialitate sermonis. *Serm. 4, ad Novit., divis. 2.*

140. Caritas habenda est ad omnes, sed familiaritas non expedit. *Lib. 1, de Imit. Chr., cap. 8, sect. 2.*

141. Cave familiaritatem eorum, qui imitandi non sunt, quamvis in Christo diligendi. *De Fidelis dispensatore, cap. 1, § 13.*

142. Noli affectare familiaritatem extraneorum, qui habitum geris devotorum. *In Dialogo novit., cap. 4, sect. 4.*

143. Raro diu bonus permanebit, qui secularibus personis libenter se immiscet. *In Dialogo novit., cap. 4, sect. 4.*

IN VIT.
PATR.

144. Qui ab hominibus frequentatur, ab angelis non visitatur. *Lib. 4, cap. 10.*

145. Homo fugiens hominem, similis est uvæ matura : qui autem cum hominibus libenter conversatur, sicut uvæ acerba est. *Lib. 5 lib. 1, de Profectu Patrum, num. 10.*

146. Filiioli, sal ex aqua est, si appropinquerit aquæ, continuo solvitur, et deficit : et monachus similiter ex muliere : si enim appropinquat mulieri, solvitur, et ipse, atque in id desinit, ut jam monachus non sit. *Lib. 10, cap. 217.*

Vide etiam tit. *Clericus*, sent. 7, 8, 9, 95, 97, 98; *Monialis*, sent. 81.

FASTIDIUM.

COLLECTOR. *Ethymologia.* Fastidium a fastu dicitur : est enim fastidire proprie, cum fastu quodam contemneret.

S. AMBROS. *Definitio.* Fastidium est proprie cum fastu alicujus contemptus.

SENTENTIE PATRUM.

S. AUGUST. 1. Necessitas, quas invio imponit obsequium, affert plerumque fastidium. *Lib. 5, Hexam., cap. 15.*

2. Epulæ assiduitate fastidio sunt. *De Vita et jejuniis, cap. 9.*

3. Inter se nonnullam similitudinem habent vescentes atque discentes propter fastidia plurimorum. *Lib. 4, de Doctr. christiana, cap. 11.*

4. Vide ne tedium fastidiumque verbi Dei te necet, et metendum est, ne anima minus sa-

piat verbum Dei, et fastidio moriatur. *Super Psalm. cvi, vers. 8.*

5. Egrotus, qui fastidio laborat, et vult evadere hoc malum, concupiscit utique desiderare cibum, dum concupiscit non habere fastidium : sed hoc fastidium morbus est corporis. *Prosec.*

6. Concupiscentia vero qua concupiscit desiderare cibum, hoc est, carere fastidio, in animo est, non in corpore; et habet eam non gutturis aut faucium delectatio, quæ fastidio restringitur, sed reemperandæ ratio sanilatis, quæ ad pellendum escæ fastidium providetur. *Super Psalm. cxviii, conc. 8, super illud : Concupivit anima mea desiderare.*

7. Nihil tam est appetendum, quin abeat in fastidium, si perpetuo fruare. *Homil. 4 de Jejunio.*

8. Aternis inhiant, fastidio sunt transitoria. *S. BERNARD. Epist. 111.*

9. Fastidium non habet dulcedo veritatis. *Super Psalm. xxx.*

10. Fastidii mater est identitas. *De Perfect. charit., art. 45.*

11. Saepes festiva gaudia vertuntur in fastidium. *Serm. 33, super Cant., apud D. Bernard. num. 5.*

12. Præ amoris magnitudine, omnia temporalia sunt mihi fastidio. *Super Cant., cap. 5, in illud : Amore languo.*

13. Sine fastidio fit percepta res cum mensura. *Super Matth., cap. vii.*

14. Tanto se amplius fastidii morbus exaggerat, quanto se magis ab esu dulcedinis elongat. *Homil. 36, super Evang.*

15. Fastidio nostro tabescimus, et longa inedia peste fatigamur : quia gustare infus nolumus paratam dulcedinem, amamus foris miseram famem nostram. *Ibid.*

16. Legenti fastidium generat longitudo. *Epist. 2.*

17. Ubi nullum est fastidium in fruendo, ibi fruuntur, nec fastidiunt, qui frui magis sinitur. *Super Cant., cap. viii.*

18. Dicenti et audienti, semper generat lassitudo fastidium. *Serm. 122.*

19. Fastidio sint nobis cuncta, que cernimus. *Serm. 13, de Invent. S. Crucis.*

SENTENTIE PAGANORUM.

20. Omnis stultitia laborat fastidio sui. *Epist. 9.*

21. Parvo famas constat, magno fastidium. *Epist. 17.*

22. Inter reliqua hoc nobis natura præstitit præcipuum, quod necessitati fastidium excussit. *Epist. 119.*

S. BASILIUS
MAGNUS.

S. BERNARD.

CASSIODOR.

DIOMYTIUS
CARTIUS.

GILLESBERT.
ANGLIES.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR.
MAGNUS.

S. HIERON.

HUGOCARD.

S. PETRUS
CHRYSOL.

S. PETRUS
DAMIANUS.

SENECA.

FATUM.

FATUM.

23. Quidquid ex necessitate desideratur, sine fastidio sumitur. *Ibid.*

FATUM.

COLLECTOR. *Ethymologia.* Fatum dicitur a fari, quasi effatum divinæ providentiæ; vel quia antiqui solebant de futuris effari.

JOAN. BAR. Parca vel fata, antiquis placuit appellari, eo quod constitutiones providentiæ Dei, quin effectui mancipari, nemini pareant, et a verbo Dei, quo æternaliter omnia dixit et facta sunt, executionis firmitatem accipiant. *Lib. 2, de Nugis curial., cap. 21.*

S. THOMAS AQUINAS. Fatum a fando dictum intelligimus, id est, a loquendo, ut ea facta fieri dicantur, quæ ab aliquo determinante sunt ante prælocuta. *Part. 1, Summa, quæst. 116, art. 1, argum. 2.*

BOETIUS. *Definitio.* Fatum inhærens rebus, est dispositio per quam providentia suis quæque connectit ordinibus. *Lib. 4, de Consol. Philosoph., prosa 6.*

S. THOMAS AQUINAS. Fatum nihil aliud est, quam dispositio siderum, in qua quisque conceptus est, vel natus, sed hoc stare non potest. *Part. 1, Summa, quæst. 116, art. 1.*

CICERO. Fatum est series causarum, ex omni æternitate fluens veritas sempiterna. *Lib. 1, de Divinat., num. 125.*

SENECA. Fatum existimo necessitatem rerum omnium, actionumque, quam nulla vis rumpit. *Lib. 2, Quæst., cap. 36.*

Fatum nihil aliud est, quam series implexa causarum. *Lib. 4, de Benefic., cap. 7.*

BOETIUS. *Differentia.* Modus in rebus gerendis, cum in ipsa divinæ intelligentiæ puritate conspiciatur, Providentia nominatur : cum vero ad ea, que movet atque disponit refertur, fatum a veteribus appellatum est. *Prosec.*

Que diversa esse facile liquebit, si quis utriusque vim mente conspexerit.

Nam Providentia est illapsa illa divina ratio in summo omnium principe constituta, que cuncta disponit : fatum vero inhærens rebus mobilibus, est dispositio, per quam providentia suis quæque connectit ordinibus.

Providentia cuncta pariter, quamvis diversa, quamvis infinita, complectitur : fatum vero singula digerit in motum, locis, formis, ac temporibus distributa.

Ut hæc temporalis ordinis explicatio in divinæ mentis æternitate prospectu, providentia sit : eadem autem æternitate digesta atque explicata temporibus, fatum vocatur.

Ita Deus providentia quidem singulariter stabiliterque faciendis disponit : fato vero hæc ipsa,

que disponit, multipliciter ac temporaliter administrat : quo fit ut omnia, que fato subsunt, providentiæ quoque subjecta sint, cui ipsum etiam subjacet fatum. *Lib. 4, de Consol. Philos., prosa 6.*

SENTENTIE PATRUM.

1. Quando damnatur quod fit impellentibus factis, sine dubio fata ipsa damnantur. *Prosec.*

2. Iniqua sunt fata : si iniquo sunt, a Deo non sunt, sed a diabolo : si a diabolo sunt, simul damnanda sunt cum illo. *De quæst. vet. et Novi Testam., quæst. 115.*

3. Si propterea quisquam res humanas fato tribuit, quia ipsam Dei voluntatem, vel potestatem fati nomine appellat, sententiam teneat, linguam corrigat. *Lib. 5, de Civit. Dei, cap. 4.*

4. Ipsam Dei summi præcipue voluntatem, cuius potestas insuperabiliter per cuncta porrigitur, veteres fatum appellare probatur. *Prosec.*

5. At enim Seneca : Ducunt volentem fata, nolentem trahunt : nonne evidendissime hoc versus ea fata appellavit summi Patris voluntatem ? cui se paratum obidere dicit, ut volens ducatur, ne nolens trahatur : quoniam solliciti, ducunt volentem fata, nolentem trahunt. *Ibid., cap. 8.*

6. Multo sunt tolerabiliores, qui vel sidera fata constituent, quam iste qui tollit præscientiam futurorum : nam et confiteri esse Deum, et negare præcium futurorum, aperiens insaniam est. *Ibid., cap. 9.*

7. Omnia fato fieri non dicimus, imo nulla fieri fato dicimus : quoniam fati nomen, ubi solent loquentibus poni, id est, in constitutione siderum, qua quisque conceptus aut natus est, quoniam res ipsa inaniter asseritur, nihil valere monstramus. *Prosec.*

8. Ordinem autem causarum ubi voluntas Dei plurimum potest, neque negamus, neque fati vocabulo nuncupamus, nisi forte ut fatum a fando dictum intelligamus, id est a loquendo. *Ibid., cap. 9.*

9. Si sunt fata, que a fando, id est, a dicendo appellata sunt, quoniam Christus verbum Dei est, in quo antequam essent, dicta sunt omnia, non consorium siderum fatum Christi est, sed fatum etiam siderum Christus est. *Lib. 2, contra Faustum, cap. 5.*

10. Nulli sub fato ponant creatorem colli, creatorem atque ordinatorum siderum : quia si esset fatum de sideribus, non posset esse sub necessitate siderum conditor siderum : quia non solum Christus non habuit quod appellas fatum, sed nec tu, nec ego, aut ille, aut quisquam hominum. *Tract. 3, super Evang. Joan., cap. 11.*

11. Ubi necessitas et fatum dominatur, ibi nul-

S. AUGUST.

S. BASILIUS

- MAGNUS. lum locum habet aestimatio, pro dignitate, quod iusti iudicii præcipuum existit. Homil. 6, in *Hexam.*
- DOETIUS. 12. Uti est ad intellectum ratiocinatio, ad id quod est, id quod gignitur : ita est fati series mobilis ad providentiæ stabilem simplicitatem. *Prosec.*
13. Ea series fati cælum ac sidera movet, elementa in se invicem temperat, et alterna commutatione transformat.
14. Eadem nascentia occidentaque omnia per similes factum seminumque renovat progressus.
15. Hæc actus etiam fortunæque hominum indissolubili causarum connexionem constringit. Lib. 4, de *Consolat. Philosoph.*, prosa 6.
- S. CYRILLUS ALEX. 16. Nullum fatum vitam uniuscujusque pro arbitrio moderatur, singulosque aut pravi tenaces, aut virtutis sectatores facit : sed sponte quisque et volens fertur in utrumque. Homil. 6, de *Festis Paschalibus.*
- S. EUSEBIUS EMISSEN. 17. Nemo dicat, fato urgente peccavi, nemo casum conditionis suæ ignarus acuset, nemo dominari aestimet fatum. Homil. 4, de *Epiphania.*
- GAZIANUS. 18. Fato qui credit, mortaliter peccat. In *Decret.*, part. 2, causa 25, quest. 6, can. *Non observatis.*
- S. GREGORIUS MAGNUS. 19. Vita humana neque a stellis, neque a fato administratur, sed a solo creatore. Homil. 9, super *Evang.*
20. Dum non puer ad stellam, sed stella ad puerum ecurrit, si dici liceat, non stella fatum pueri, sed fatum stellæ is qui apparuit, puer fuit. *Prosec.*
21. Sed a fidelium cordibus absit, ut aliquid esse fatum dicant. *Ibid.*, homil. 10.
- HUGO CARD. 22. Ne putes omnia casu, vel fato agi, et nihil a Deo provideri, ne tradat te in reprobum sensum. Super *Ecclesiasten*, cap. v.
- S. JOHANNES CHRYSOST. 23. Crede Deum esse justum, nec credes esse injustam genesim. *Prosec.*
24. Crede Deum esse, qui cuncta providet, nec credes esse genesim, quæ cuncta in esse continentur.
25. Crede supplicium esse et regnum, et credere desistes esse aliquid genesim, quæ liberum arbitrium tollat, et nos violentè necessitati subijciat.
26. Ne semines, neque plantas, neque milites, neque aliquid omnino aliud agas : prorsus enim, velis nolis, ventura sunt, quæ genesis ipsa præfixerit.
27. Quid jam nobis orare opus est? quid Christianus effici cupis, si genesim est?
28. Neque enim, nisi sis, crimini eris obnoxius.

- Unde igitur artes? a genesi? ita sane, inquit : sed illi fato præfixum est, ut sapiens cum laboribus fiat.
29. Ostendas igitur aliquem, qui sine laboribus didicerit artem, adeo non sunt ista genesi, sed laboribus adscribenda. Homil. 1, super 1, *Tim.*
30. Nihil habet virum fatum, nec in his quæ sunt maxima, nec in his quæ sunt minima. *Prosec.*
31. Sed unde, inquit, ille consenescit morbo, ille vero in sanitate perdurat? unde ille probus, alter vero reprobus est? unde illi res ex sententia provenit, alii vero innumera quotidie obstant impedimenta? a fato remove animum, et hæc omnia diligenter agnoscas. Crede Deum esse, qui providentia sua cuncta disponit, et scies ita operatissime.
32. Fatum esse credere, injunctiæ plenum est, dementiæ, crudelitatis, et inhumanitatis. Homil. 50, ad *Popul. Antioch.*
33. Quemadmodum clare cernitur malum esse occidere, et turpe necare : ita per se luceat, fato se adjungere, malum esse et vetitum. Orat. 3, de *Fato.*
34. Nulla est omnino, tam depravata disciplina, neque tam insanabilis tabi plena : quam est de fato, et diei natalis notatione opinio. *Ibid.*, orat. 5.
35. Si fatum admittatur, frustra leges et iudices, frustra reprehensiones et admonitiones, frustra supplicii timor, frustra honores et premia, frustra palma bene rem gerentibus constituitur. *Ibid.*
36. Si diei natalis notatio aliquid valeat, iudicium nullum est, fides nulla, Deus nullus, virtus nulla, nulla nequitia est. *Prosec.*
37. Si diei natalis notatio aliquid valeat, omnia temere, omnia nequidquam tum agimus, tum patimur. Nulla laus, nulla vituperatio, nullus pudor, nulla ignominia, nullæ leges, nulli iudicia sunt. *Ibid.*
38. Quid tibi de fato gentilium, qui christianus est? Quicumque fatum putat esse aliquid, quicumque genesim credit dominari in hominibus, non Christianus, sed paganus est. *Prosec.*
39. Fatum enim nihil est, et nullum ad peccandum constellatio provocat, minus compellit. Epist. 15, ad *Nicol. Præsbijt., Mervicens.*
40. Non decet eum, qui super omnia sit Deus, cum sit liber, et suæ potestatis, necessitati servire unquam dicere, ut sit aliquid secundum concessionem præter sententiam ejus. Lib. 2, *Advers. Hæres.*, cap. 5.
41. Si Deus est, fatum non est : si autem fatum, blasphemia. *Prosec.*

JOAN.
TRIST.

S. TRENES.

S. ISIDORUS
PELUSIOTA

42. Si fatum est, lex non est : si autem lex, fatum non est.
43. Si fatum est, admonitio non est : si autem admonitio, fatum non est.
44. Si fatum est, iudicium non est : si autem iudicium, fatum non est.
45. Si fatum est, non est precatio : si autem precatio, fatum non est.
46. Si fatum est, meditationes non sunt : si autem meditationes, fatum non est.
47. Si fatum est, philosophia non est : si autem philosophia, fatum non est.
48. Si fatum est, medicina non est : si autem medicina, fatum non est.
49. Si fatum est, agricultura non est : si autem agricultura, fatum non est. Lib. 3, epist. 191, ad *Paulum.*
- S. LEO I. 50. Astrologi totam humanæ vitæ conditionem de stellarum pendere effectibus mentiuntur : et quod est aut divina voluntatis, aut nostræ, indeclinabilem dicunt esse fatum. Serm. 7, de *Nativitat.*
51. Anni vite nostræ et actionum temporalium qualitates, nec in natura elementorum, nec in stellarum effectibus, sed in summi et veri Dei potestate consistunt. Serm. 6, de *Passione.*
52. Fata illa, fatumque necessitates, quas vel ethnici, vel impii christiani conflungunt, pii christiani prorsus negant et execrantur. In *Canon. vite spirit.*, cap. 6.
- MINUT. FEL. 53. Quid aliud est fatum, quam quod de unoquoque nostrum Deus fatus est? In suo *Octavo.*
- S. PROSPER. 54. Nihil quidquam fato geri, sed omnia Dei iudicio novimus ordinari. Epist. ad *Rufin.* de *Lib. arbit.*, cap. 2.
- S. THOMAS AQUINAS. 55. Egyptii dicebant quibusdam sacrificiis fatum posse mutari. Part. 1, quest. 116, art. 3.
56. Ea, quæ fato aguntur, non sunt improvisa. Part. 1, quest. 116, art. 1, argum. 2.
57. In quantum omnia, quæ hic aguntur, divina Providentiæ subduntur, tanquam per eam ordinata, et quasi prælocuta, fatum recte ponitur. *Ibid.*, quest. 116, art. 1.
58. Quidam fatum fortuita et casualia, quæ in his inferioribus accidunt, sive in rebus naturalibus, sive in rebus humanis, reducere voluerunt ad fatum. *Ibid.*
59. Causa fatalis cum habeat ordinationem super ea quæ fato aguntur, necesse est quod sit directe et per se causa ejus quod agitur. *Ibid.*
60. Fatum est in causis creatis, in quantum ordinatae sunt a Deo, ad aliquot effectus producentes. *Ibid.*, art. 2.
61. In tantum fatum habet rationem causæ, in

quantum et ipse causam secundæ, quantum ordinatio fatum vocatur. *Ibid.*

62. Ratio gubernationis in mente Dei, est providentia : sed in causis secundis, est fatum. *Ibid.*, art. 2.

63. Quæcumque causis secundis subduntur, ea subduntur et fato si quæ vero sunt, quæ immediate a Deo fiunt, cum non subduntur secundis causis, non subduntur fato. *Ibid.*, art. 4.

64. Ea quæ sunt divinitati propinqua, stabiliter fixa, fatalis ordinem mobilitatis excedunt. *Ibid.*

65. Quanto aliquid longius a prima mente discedit, nexibus fati majoribus implicatur. *Ibid.*

66. Ipsa Dei voluntas et potestas, fati nomine appellatur. Part. 1, quest. 126, art. 2.

SENTENTIA PAGANORUM.

67. Chaldeis in prædicatione, et in notatione cujusque vite ex natali die, minime est credendum. Lib. 2, de *Divinat.*, num. 87.
68. Crudelitate fati equalitas consolatur. De *Consolat.* ad *Polybium*, cap. 2.
69. Fata ita jus suum peragunt, ut nec ulla commoveantur prece, non misericordia floctantur, non gratia : servant cursum irrevocabilem, ex destinato fiunt. Lib. 2, *Quæst.*, cap. 35.
70. Nihil privatum, nihil publice stabile est : tam hominum, quam urbium fata voluntur. Epist. 91.
71. Sic vivamus, sic loquamur, ut paratos nos inveniat, atque impigros fatum. Epist. 107.
72. Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. *Ibid.*
73. Sapientem fatum non facit : gratia enim Dei fato non subjacet. *Sent.* 418.

CICERO

SENECA.

SIXTUS
PHILOSOPH.

FAVOR.

- Definitio.* Favor est vox bene precans alicui, sive alicujus commodum, et laudem tuens.
- SENTENTIA PATRUM.
1. Pronum est genus humanum favere honoratioribus, ne lesos se putent, nec victi doleant. Lib. 2, *Offic.*, cap. 24.
2. Quid tibi prodest favere diviti? an quia citius faventem remuneret? his enim favemus frequentius, a quibus referende vicem speramus gratia. *Prosec.*
3. Sed eo magis infirmo et inopi nos favere convenit, quia pro eo qui non habet remunerationem speramus a Domino Jesu. *Ibid.*, cap. 25.
4. Favores vulgi acupantur, viles sibi sunt, cum spectatoribus esse chari volunt, non eis sufficit conscientia. Super *Psalm. XLVII.* vers. 2.

S. AMBROS.

S. AUGUST.

- S. BERNARD. 5. Quantum tuis attollor favoribus, tantum his molibus premor. Epist. 72, ad *Ransaldum Fasmascensem abbat.*
- S. CYPRIAN. 6. Quae solitudo aures obserrat oblati favoribus? De *Carnalib. operib. Christi ad Cornel. Pap.* in praefat., cap. 4.
- S. FRANCIS ASSISIENSIS. 7. Non te oportet favoribus plusquam injuriis delectari. In suis *Opisc.*, collat. 26.
- S. ANTONIN. 8. Incessanter crescit culpa favoribus nutrita. Lib. 4 *Mor.*, cap. 25, num. 29.
- MAGNUS. 9. Qui pro virtute quam agit, humanos favores desiderat, rem magni meriti vili pretio venalem portat. *Prose.*
10. Vili pretio opus vendit, qui magna impendit, sed minima recipit. *Ibid.*, lib. 8, cap. 25.
11. Laus cum vita praeterit, et humanus favor in iudicio non subsistit. *Ibid.*, cap. 27.
12. In magnitudine favoris, flamma in corde accenditur de amore laudis. Homil. 21, super *Ezech.*
13. Impingunt caput oleum peccatoris, cum demulcet mentem favor adulantis. Homil. 12, super *Evang.*
14. Quid sunt favores, nisi linguae? Lib. 2, in 1 *Reg.*, cap. 1, super illud: *Suscitans de pulvere.*
15. Favor adulantium mentem vanitatem intendit, et satiat et confortat. Lib. 5, in 1 *Reg.*, cap. iv, super illud: *Maledictus, qui comederit panem hodie.*
16. Pierumque fit, ut hoc quod causa Dei agi creditur, pro solis humanis favoribus agatur. Homil. 32, super *Evang.*
- HUGO A S. VICTORE. 17. Sicut naribus dulcis odor attrahitur, sic totis desideriis animi fame saecularis favor affecatur. Lib. 2, de *Nuptiis spirit.*, cap. 4.
- HUGO CARD. 18. Sicut tela aranearum studiosae texitur, sed flatu venti dissipatur: sic quidquid hypocrisis exsudat, favoris aura exsufflat. Super *Job*, cap. viii.
19. Favor humanus, domus est hypocrisis. *Ibid.*
- S. JOANNES CHRYSOST. 20. Qui Deum habet faventem, omnibus est potentior. Homil. 3, de *David et Saule.*
21. Maximum munimen, et inexpugnabilis murus, est divinus favor. Homil. 45, ad *Popul. Antioch.*
- S. ISIDORUS HISPALENSIS. 22. Magnum scelus est res pauperum prestare divitibus, et de sumptibus inopum acquirere favores potentium: arenam terrae aquam tollere, et flumina quae non indigent, irrigare. Lib. 3, de *Sum. bono*, cap. 64, sent. 48.
- S. LAURENTIUS JUSTIN. 23. Popularem auram et caelorum regnum impudenter perdit, qui immoderato affectu favores querit humanos. De *Triumphali Christi agone*, cap. 12.
- PETR. BLES. 24. Mundi pompa et favor populi, fumus est et

aura subito evanescent. Epist. 35, ad *Anselm. sanctimoniale.*

25. Popularis favor imperfectis non mediocriter noxius est, quia vel in se delectatos, in vana gloriae voragine deiecit; vel etiam resistentes receptae mercedis terrore transfigit. Lib. 5, epist. 12.

26. Unde caeli regnum quis mereri potuit, inde numerum transitorii favoris querit. Serm. 65, de *S. Barbariano.*

27. Favor corrumpendis suffragiis efficacissimus est. Epist. 4, ad *Nicandr.*

28. Utilior est homini contemptus sui, quam favor laudis inanis. De *Recognit. propriae fragilit.*, cap. 6.

29. Malis artibus favor queritur: similem te illis iacis oportet: non probabunt, nisi agnoverint. Epist. 29.

FELICITAS.

Definitio. Felicitas est quadam operatio animae per virtutem perfectam. *Vel*, felicitas est quod vitam sufficientem, optabilem ac nullius indignam praestat. *Vel*, felicitas est operatio quadam secundum virtutem perfectam operantem exterioribus bonis.

Divisio. Vita praesentis felicitas est duplex: una secundum vitam activam, alia secundum vitam contemplativam. Una quidem perfecta, alia imperfecta. 2, 2, quaest. 186, art. 3.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Nullus est tam compositae felicitatis, qui non aliqua ex parte cum sua fortuna rixetur. Part. 1, tit. 6, cap. 6, § 1.

2. Divitiae atque fastigia dignitatum, caeteraque hujusmodi, quibus se felices esse putant mortales, verae illius felicitatis expertes, quid afferunt consolationis, cum sit eis non egere, quam eminare praestantius, quae plus exorciant adeptae timore amissionis, quam concupiscant adeptionis ardore? Epist. 121, ad *Proban.*, cap. 2.

3. Nihil est infelicis felicitate peccantium. Epist. 5, ad *Marcellinum.*

4. Perversa et adversa corda mortalium, felices res humanas putant, cum tectorum splendor attenditur, et labes non attenditur animarum. *Ibid.*

5. Malus ideo infelicitate punitur, quia felicitate corrumpitur. Lib. 1, de *Civitate Dei*, cap. 8.

6. Melior est temporalis felicitas, quam misera aeternitas. *Ibid.*, lib. 8, cap. 16.

7. Ipsa quae in rebus humanis vocatur felicitas, plus est timenda quam miseria; quandoquidem plerumque miseria avertit ex tribulatione fructum

bonum, felicitas autem corrumpit animam perversa securitate, et dat locum diabolo tentatori. Super *Psalm. lxxviii.*, conc. 4.

8. Vita haec qualibet redundans felicitate, multos fallit et decipit. Super *Psalm. lxxvii.*, in praefat.

9. Tam multi iniqui redundant felicitatibus, et innocentes premuntur laboribus. Super *Psalm. lxxiv.*, exposit. vers. 5.

10. Torrens felicitatis regnum, superbia est. Super *Psalm. lxxxi.*, vers. 5.

11. Falsi felices, vere infelices sunt: quia falsa felicitas vera miseria est; qui vero se agnoscit in vera esse miseria, erit etiam in vera felicitate. Super *Psalm. lxxv.*, vers. ultimo.

12. Nemo presentia bona speret, nemo sibi promittat felicitatem mundi, quia christianus est: sed utatur felicitate praesenti ut potest, quomodo potest, quando potest, quantum potest. *Prose.*

13. Cum adest, consolationi Dei gratias agat: cum deest, iustitiae Dei gratias agat; ubique sit gratus, nusquam sit ingratus. Super *Psalm. xci.*

14. Scelli homines infeliciter felices sunt: martyres autem felices infelices erant: erant enim ad tempus infelices, sed in aeternum felices. Super *Psalm. cxxvii.*

15. Via impiorum, felicitas est transitoria: finita vita peracta est felicitas. Super *Psalm. xxxvi.*, conc. 4, vers. 7.

16. Adam et Eva rapere voluerunt divinitatem, perdidit felicitatem. Super *Psalm. lxxviii.*, conc. 2, vers. 6.

17. Nulla infelicitas frangit, quem felicitas nulla corrumpit. Super *Psalm. lxxxiii.*

18. Ideo malus, felix putatur, quia quid sit felicitas ignoratur. Tract. 28, super *Evang. Joan.*, cap. vii.

19. Felix est malus, laborat bonus: ille male vivit, et felix est: iste iuste vivit, et laborat. *Prose.*

20. Non indignetur iuste vivens et laborans, intus habet quod felix ille non habet: non ergo tristetur, non maceretur, non deficiat.

21. Felix ille habet aurum in arca, iste Deum in conscientia: ille illud habet quod perit, et ibi habet unde perit: iste Deum habet, et cum qui perire non potest et ibi habet unde auferri non potest. *Ibid.*, tract. 25, cap. 6.

22. Magne virtutis est cum felicitate luctari, ne illiciat, ne corrumpat, ne ipsa subvertat felicitatis. *Prose.*

23. Magne virtutis est cum felicitate luctari, magne felicitatis est a felicitate non vinci. Serm. 13, de *Verbis Domini.*

24. Ideo Deus felicitatibus terrenis amaritudi-

nes miscet, ut aliqua queratur felicitas, cujus dulcedo non fallat. *Ibid.*, serm. 29.

25. Nemo se credat aliquam felicitatem in hoc saeculo possidere, beatitudo hic parari potest, possideri non potest. Serm. 2, de *Pluribus marty.* in princ.

26. Terrena felicitas non nisi a creatore universalitatis conferri potest. Lib. 3, ad *Bonifac.*, cap. 4.

27. Felicitas si mala fuerit, felicitas non erit. Lib. 4, de *Civitate Dei*, cap. 18.

28. Deus felicitatem non dat, nisi bonis. *Ibid.*, cap. 33.

29. Huius vitae felicitas temporalis est: ab hac vita incipere necessitas est, in ea persistere voluntatis. Epist. 120, cap. 2.

30. Qui tibi dedit felicitatem hujus saeculi, ad consolationem tuam dedit, non ad corruptionem. Tract. 12, super *Joan.*

31. Malus felix putatur, quia quid sit felicitas ignoratur. *Ibid.*, tract. 28.

32. Nullus invenitur, qui se nolit esse felicem. Lib. 4, de *Civitate Dei*, cap. 23.

33. Quantum infelicitatem haec ipsa non tam felix vanitas, quam vana felicitas parit! Serm. de *Convers. ad clericos*, cap. 12.

34. O quam felix est ille, qui pro dilectione Dei se fecit infelicem! Vere ille est felix, et aeterna felicitate dignus. Serm. 15, de *Carna Dom.*

35. Si numerum modumque latorum, tristitiumve consideres, adhuc te felicem negare non potes. Lib. 2, de *Consolat. philosoph.*, prosa 3.

36. In omni adversitate fortunae, infelicissimum genus est infortunium, fuisse felicem. *Ibid.*, lib. 2, prosa 4.

37. Quis est tam compositae felicitatis, ut non aliqua ex parte cum status sui qualitate rixetur? *Ibid.*

38. Felicissimi cujusque sensus delicatissimus est, et nisi ad nutum cuncta suppetant, omnis adversitatis insolens, minimis quibusque prosteruntur. *Ibid.*

39. Quis est ille tam felix, qui cum dederit impatientiae manus, statum suum mutare non optet? *Ibid.*

40. quam multis amaritudinibus humanae felicitatis dulcedo respersa est! *Prose.*

41. Quae si etiam fruenti jucunda esse videtur, tamen quominus, cum velit, abeat, retineri non potest. *Ibid.*

42. Quem felicitas amicum fecit, infortunium faciet inimicum. *Ibid.*, lib. 3, prosa 5.

43. Quid, o mortales, extra petitis intra vos positam felicitatem? est ne aliquid tibi tepso pretiosius? Nihil, inquires: igitur si tui compos fue-

S. PETERUS DAMIAN.

S. SYNESES EPISCOPI.

THOMAS I KEMPIS.

SENECA.

COLLECTOR.

S. THOMAS AQUINAS.

S. ANTONIN.

S. AUGUST.